

ILLUSTRES ALIQUAM  
MULTE JURIS CONTROVERSI  
QUESTIONES,

*Quas,*

DIVINA FAVENTE CLEMENTIA,

*Sub Prasidio*

CLARISSIMI CON-  
SULTISSIMIq; VIRI, Dn. JOHAN-  
NIS GOEDDÆI, JC. ET IN ILLUSTRIS  
Marpurgensi Academia Antecessoris celeberrimi,  
Præceptoris sui plurimum  
colendi,

*publicè ventilandas proponit, Mense Junio,*

DAVID DU VERNOY,  
Montbeligardensis.



MARPURGI CATTORUM,  
*Excudebat Paulus Egenolphus, Typog. Acad.*

c1o 1o CIII.

515304759 (21)



ILLUSTRISSIMO ET POTENTISSIMO PRINCIPI, AC DOMINO, DOMINO FRIDERICO: DUCI WIRTEMBERGICO, ET TECCIO: DOMINO IN HAYDENHEIM: UTRIVSQUE REGII IN GALIA ET ANGLIA ORDINIS EQUITI, & DOMINO SUO CLEMENTISSIMO.

*Illustres hasce juris controversi quastiones,  
in additi devotiq, animi triumpho, ea qua par  
est submissione,*

*Dicat, consecrat,*

L. M. Q.

*humilimus cliens*

David du Vernoy, Montbell-  
gardenfis.



## THESIS PRIMA.

**H**EREDIS institutio basis est & fundamentum Testamenti: in hac tamen institutione filii priores obtinent partes, qui necessario instituendi, aut si ingrati fuerint, exheredandi sunt. Ne autem justæ liberorum erga parentes ingratitude causæ in incerto semper essent, néve leviusculæ admitterentur, eas in certum numerum redigere voluit Justinianus. Præter quas tamen an aliæ æquè graves, vel etiam (si tamen aliquæ extant) graviores admittendæ sint? disputant Dd. Et quamvis affirmativa sententia communiter recepta sit: negativa tamen verior est.

*N. 115. c. 3. ibi, nominatim, item, ut præter ipsas, &c. Vigl. in § igitur quartam, Instit. de inoff. test. nu. 6. & in § ult. de exher. lib. Conan. 9. comm. 10. n. 6. c. odia. de R. J. in 6. l. penul. de pæn. l. factum, 115. § ult. de R. J. Dn. Præcept. Vult. Inst. de exher. lib.*

### II.

Filiis itaq; non existentibus ingratis pater bona sua relinquere tenetur, si non omnia, partem tamen, quam legitimam, vel debitam portionem, aut debitum bonorum subsidium leges appellant *a*. Quo autem titulo legitima hæc relinquenda sit, an solo Institutionis, an quolibet alio? disceptant inter se Dd. Eos sanè solo honorabili Institutionis titulo ad eam vocandos esse censeo *b*.

*a) l. omnimodo, 30. l. quæ nuper, 31. l. si quis, 33. C. de inoff. testam. l. humanitatis, C. de impub. & al. subst. N. 18. b) N. 115. c. 3. Vigl. ad § fin. de inoff. test. Clarus § testamentum, quæst. 8. vers. sed pone*